

... autem foris quidem parati hominibus iusti. intus autem pleni estis
ypochrisi & iniquitate. **U**ae uobis scribae & pharisaei yppochri-
tae qui aedificatis sepulchra prophetarum & ornatis monumen-
ta iustorum. & dicitis: si fuissetis in diebus patrum nostrorum non
essetis socii eorum in sanguine prophetarum; itaque testimonio
estis uobis in diebus quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt.

Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes. gemina
uiperarum. quemadmodum fugistis a iudicibus gehennae.

Ideo **dico uobis** ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas. & ex illis
occidatis & crucifigatis & ex eis flagellabitis in synagogis uestris; & per-
sequimini de ciuitate in ciuitatem. ut ueniat super uos omnis sanguis
iustus. qui effusus est super terram; a sanguine abel iusti usque ad
sanguinem zachariae filii barachiae. quem occidistis inter templum
& altare. Amen dico uobis. uenient haec omnia super genera-
tionem istam.

XXXV.

IERUSALEM IERUSALEM quae
occidit prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt; Quotiens
uolui congregare filios tuos. quemadmodum gallina congregat
pullos suos sub alas. & noluisti; ecce relinquetur uobis. domus
ura deserta; Dico enim uobis. non me uidebitis umodo. donec
dicatis; benedictus qui uenit. in nomine dñi. **E**t egressus ihu
de templo. ibat; & accesserunt discipuli eius. ut ostenderent ei
aedificationes templi; Ipse autem respondens. dixit illis; uideatis
haec omnia. Amen dico uobis. non relinquetur hic lapis super
lapidem. qui non destruetur; **S**edente autem illo super montem
oliuae. accesserunt ad eum discipuli eius secundo dicentes; Dic nob
quando haec erunt. & quod signum aduentus tui. & consumma-
tionis saeculi. & respondens ihu dixit eis; uidete. ne quis uos sedu-
cat; multi enim uenient in nomine meo dicentes. ego sum xpi.
& multos seducunt; Audituri enim estis proelia. & opinionem.

M. ccc. lxxviii

M. ccc. lxxv
L. cxxli

M. ccc. lxxv
L. cxxv

M. ccc. lxxv
M. ccc. lxxvii
L. ccc. lxxviii &
l. ccc. lxxviii

M. ccc. lxxv
M. ccc. lxxviii
L. ccc. lxxviii